



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Vers. 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

dixere suorum oppidorum, & prouinciarum reges. Neque enim Artaxidis, ad Romanis eos regibus, ad-
equamus, sed minioribus, qui sub magnis regibus
viuebant. Magna erat eorum multitudo, vt ex Ti-
grani vita constat, quem regum minorum turba am-
olibat, vti nunc regum suum principes. Fuisse autem
olim multos, & paruorum editionum reges, tum alia

At Herodes Persarum, aut Parthicos reges non excepisset. Hac ratione, si quid efficere posset, nec ex Perside, nec alijs locis quæ Partho patebant, venire Magi ad Herodem potuissent, hostem experiri. At meminisse oportuit Bezam, hoc tempore cum Parthis pacem fuisse firmam, nec ullum tota Asia bellum, itaque & Parthi Romano in imperio tuti versabantur, & Herodi in federatos nihil permillum erat. Veniebant sane ex omnibus regnis ad templum Ierosolymitanum eius sanctitate permoti, etiam ex Perside, quemadmodum videmus in actis apostolorum, & multa hoc probant historia.

§. 6. Occurrit Beza tamen. Si Guebrardo Parisensi Theologo creditur: Hæc est vetus Ecclesiæ traditio. Cedo quibus testibus: Tertullianum, inquit, Augustinum, Hilario, Hieronymo, opponit ille Chrysostomum, Theodoretum, Cyprianum, Nysseum, Cyrillum, qui reges esse nec negant, asserunt. Nos quemadmodum asserentibus credere possumus, ita alios qui non negant contra asserentes stare non putamus. Interim Tertullianus reges asserit, quia Psalmum 71. de regibus Arabiæ illis attribuit: & magos reges habuissent orientem cum multis scriptoribus asserunt. Verū hic quoq; Beza Tertulliano insultat, quod dicat Damasco eos venisse: at nihil tale apud Tertullianum, Damasum ait, deputatam Arabiæ, Christum accepisse spolia Damasum. Arabiæ inter duo Maiæ funditur, & Damas-

Nota erant
Israelitis
personae re-
gum.

§. 7. Magi igitur, regesque fuerunt, & stellam cum viderunt, alia simul revelatione Christum natum esse cognoverunt, atque ita itinere sese accinxerunt.

Etiam de numero disceptatur, de quo nihil aliud habeo dicere, quam esse hanc traditionem antiquissimam, nullo modo verum, quod ait Caluinus, esse quatuordecim Papistas. *Papistas, inquit, ut tres fingerent, puerilis error induxit, quia dicit Mattheus obulisse aurum, thus, & myrrham, Quasi vero distincte singulis proprium munus assignet. Addit apud auctorem operis imperfecti quatuordecim recenseri.*

M hi omnino placet à Papistis fictum dici. Nam Papistarum antiquitas, ac progenitores agnoscuntur ex hoc, quod figmentum esse agit ipse. Augustinus ferm. 1. de Epiph. *Ipsi enim magi, qui ad illa celestis pueri Tres regi, cum abula, stella indicio perueniunt, quid aliud expresserunt tria min- illis munuscula, nisi fidem nostram? In eo enim quod tria of- tra quid si- feruntur, Trinitas intelligitur. In eorum quod Tres sunt, & consueci, singuli singula offerunt, in Trinitate vnitas declaratur. Secuti sunt eum alij, quos nominareopus non est. Augu- tinus itaque ex recepta sententia loquitur, quasi apud omnes in confesso esse, tres esse. Mysterium enim ter- nario indicati proficitur, quod omnino vanum esset, nisi & ille iudicaret esse tres, & hanc esse mentem Ec- clesie, cui prædicabat, per speculum haberet.*

VERSUS 2.

*Vidimus enim stellam eius in oriente,
Et venimus adorare.*

QVÆSTIO I.

*An hinc Genethliacorum errores firmen-
tur?*

§. i. **F**Allax Mathematicorum, hoc est, Venefici-
corum genus, damnatis artibus vndique co-
mendationem, præsidiumque petiuit. Vnde olim in
martyrum Ecclesia stellam istam ad sua scita traher-
e. Tertull. de Idololatri. c. 6. De astrologis ne loquendū
quidē est. Sed quonia quidam istis diebus pronocant defendens
sibi per seuerantiam professionis istius pauci vtar. Non allego
quod Idola honoret: quorum nomina celo inscriptis, quibus o-
mnem Dei potestatem addixit: quod propterea homines non pu-
tant Deum requirendum presumētes stellarum nos immuta-
bilis arbitrio agi. Vnum propono, Angelos esse illos desertores Dei,
amatores seminarum, proditores etiam huius curiositatis pro-
pterea quoque damnatos a Deo. O diuina sententia vsque ad
terram pertinax, cui etiam ignorantis testimonium reddunt
Expelluntur Mathematici sicut Angeli eorum. Vrbis & Italia
interdicitur Mathematici, sicut celum & Angelis eorum. Eadē
dem penā est exilij discipulis & magistris. Sed Magi & Astro-
logi ab oriente venerunt. Scimus Magia & Astrologia inter se
societatem. Primi igitur stellarum interpretes natum Christi
annunciauerunt, primi numerauerunt. Hoc nomine Chris-
tum (opinor) sibi obligauerunt. Quid tum? Ideo nunc &
Mathematicis patrocinabitur illorum Magorum religio? De
Christo scilicet est Mathesis hodie, stella Christi, non Saturni
& Martis, & cuiusque eodem ordine mortuorum obseruat,
& prædicat. At enim scientia illa vsque ad Euangelium fuisse
concessa, vt Christo edito nemo exinde natiuitatem alacritus de
celo interpretetur. Hæc ille contra sui temporis Mathe-
maticos historia sacra ad genus abutentibus.

§. 2. Errorem illum falso Manichei Catholicis ^{Manichei} imponebant, quasi dicerent, *Iellam* esse satum pueri, ita calumnia-
li. i. contr. Faustum c. 1. Augustinus. Inducitur enim *Iellam* ti Catholi-
objicere *Faustus*, quod confirmaret *Genesim*. Augusti-
nus lib. 1. cap. 5. tam Mathematicorum errorem
quam *Fausti* calumniam retundit. Calumniam
quidem

quidem hinc verbis. Et nos quidem sub sato stellarum vul-
tus hominum generamus, ut liberum arbitrium voluntari-
um, quo vel bene, vel male vivitur, propter iustum iudicium Dei
ab omni necessitate vinculo vindicemus: quanto minus illius
temporalium generationem sub astrorum conditione credimus
factam, qui est æternus vniuersorum creator & Dominus? Itaque
illa stella quam viderunt Magi, Christo secundum carnem na-
to, non ad decretum dominabatur, sed ad testimonium famula-
batur: nec enim subiebat imperio, sed indicabat obsequio. Pro-
inde non ex illis erat hac stellis, quæ ab initio creatura itineris
suorum ordinem sub creatoris lege custodit, sed nouo virginis
partu nouum fidem apparuit, quod ministerium officij sui etiam
ipsi magi querentibus Christum, cum ante faciem præiret, ex-
hibuit, donec eos ad ipsum locum ubi Dei verbum infans erat,
peruenire perduceret.

Quibus rationibus & veteres refutat, & nostros,
dum arbitri libertatem contra rigidos Caluianos
Manichæorum & Borboritarum progeniem tuetur.

Mathematicos hunc in modum argumentando
conuincit. Qui tandem astrologi ita constituerunt hominum
nasciturum sata sub stellis, ut aliquam stellarum homine aliquo
nato, circuli sui ordinem reliquisset, & ad eum qui natus esset
pertransiret assuerent? Sortem quippe nascentis, astrorum ordini
fida colligari arbitrantur, non astrorum ordinem, ab hominis nati-
uitate posse mutari. Quapropter si stella illa exisset quæ in ca-
lo peragunt ordines suos, quomodo poterat decernere, quod na-
tus Christus æturus erat, quæ nato Christo iussu est relinquere
quod agebat? Si autem ut probabilius credatur, ad demonstra-
dum Christum, quæ non erat, exorta est, non ideo Christus na-
tus est, quia illa exiit: sed illa noua exorta est, quia Christus
natus est. Unde si dici oporteret, non stellam Christo, sed Christum
stellæ fatum fuisse diceremus. Ipse quippe illi, non illa huic nasce-
di attulit causam. Si ergo sunt fata quæ a fando, id est, a dicen-
do appellata sunt, Quoniam Christus verbum Dei est, in quo
antequam essent dicta, sunt omnia, non consortium siderum fa-
tum Christi est, sed fatum etiam siderum Christum est, qui & in
ipsam carnem sub calo creatam ea voluntate assumpsit, quæ et-
iam calum creauit, ea potestate deposuit & recepit, quæ etiam
sideribus imperauit.

Plura de hoc genere Aug. l. 3. de ciuit. & serm. 6. de
Epiph. Pessime igitur Priscillianistæ, qui naturali sa-
gacitate ex stella ortum Messæ coniecit, asserunt.

§. 3. An ista stella fuerit, de qua olim Balaam vatici-
natus est, Num. 24. 17. cōtrouersiū est. Affirmat Irenæ-
us: 1. aduers. hæreses, c. 9. Vnus igitur & idem Deus, qui
a Prophetis predicatus est, & cuius & stellam Balaam quidem
sic prophetaur: orietur stella ex iacob & surgat dux in Israël.
Eodē modo Cypri. de stella & magis, Origenes hom.
13. in Num. Basil. hom. de humana Christi generati-
one multos recentiores in eadem sententia esse. Hoc
tantum modo diffcultate adferre videtur, quod stella
magorum dux non ex iacob, sed ex oriente fuerit. At
Balaam ex iacob ortituram prædixerat, multiq; Chri-
stum ipsum, qui ex Israele ortum habuit, stellæ nomi-
ne significatum arbitrantur. Mihi sane vtrunque pro-
babile videtur, Christum nimirum vocari stellam, &
virgam in Num. 17. in eo enim cōsentiant omnes. De-
inde hanc etiam stellam eadem prophetia Magis in si-
gnatam. Nec abs re fuerit, si stellam dicamus ortam in
Iudæa in orientem venisse, aduocaturam Christo ve-
ros adoratores: nec enim dicunt, ortam in oriente stel-
lam, sed vltam.

QVÆSTIO II.

An venerint adorare?

§. 1. CVM duplex sit cultus; laici, quæ soli Deo,
Dulia, quæ creature vel ob naturam, vel gratiam
donadefertur, magna constantia SS. PP. docuerunt,
Magos diuinum Christo cultum exhibuisse. Tertull.
Orig. Cyprian. Hieron. August. omnes pene quorum
Adam. Conzen in Enang. Tom. I.

recor dō, adorationem hanc religiosam, & latram in-
terpretantur. Vbiq; legitur Iuuenis Presbyteri verba:

Thus, aurum, myrrham, regique, hominibus, Deoque
Donasunt

Et Sedulij

Aurea nascenti fuderunt munera Regi.

Thura dedere Deo, myrrham tribuere sepulchro.

Caluinus pietatem, & adorationem in ambitione,
& civilem honorem conuertit. Quantum vero, inquit,
ad ipsos spectat, non venerunt ad exhibendum Christo pietatis
cultum, qualis debetur Filio Dei, sed Persico more volebant sa-
lutare, quasi præstantissimum Regem. Neg. enim de eo plus re-
magis am-
nuisse probabile est, quam singulari potentia & dignitate fore bitiosi &
præditum, ut populos omnes merito in sui admirationem & re-
uerentiam conuerteret. Fieri etiam potest ut captare voluerint
eius gratiam ante tempus, quo sibi proprium & fauentem ha-
berent, si forte contingeret Orientali imperio eum potiri.

Mirum non dixisse, illis sportulas esse expectatas
more Romano. Tria porro eius pronuntiata sunt,
quæ Ariani, alijsque impijs opportuna sunt. Venisse
ad exhibendum regi, non Dei filio cultum. Deinde non plus Caluinus
de eo tenuisse, quam singulari potentia & dignitate præditum fidem pro-
fore. Tertio captasse gratiam, ante tempus, si forte continge-
ret eum Orientali imperio potiri.

Taceo iam omnes inter-
pretes aliud sentire, rem ipsam spectemus. Nō est du-
bium quin venerint adoratum, ut Messiam, ut Chri-
stum, ac proinde ut mundi redemptorem, ac filium varunt le-
Dei, non ergo ut regem tantummodo, vel Monarchā, sicut ut
cui ciuilia obsequia præstarent. Hoc adeo perspicue Christum.

contextus ac consequentia declarant, ut ambigere ne-
fas sit. Querunt enim ubi nasciturus sit ille rex Iudæo-
rum, non quilibet, sed ille qui redempturus sit Israe-
lem. Alioqui Herodem potius præfenti imperio fre-
tum, aut Augustum, aliumue adorassent; nec gratiam
infantis cum certo discrimine, & regnantium offensa-
tionem quaesissent. Quod si potentia regem æstimarent,

Augusti numen hoc maius adorassent; at nunc fagi-
Non An-
entes prælustria potentissimorum limina, videntes gustum, sed
stellam gaudij sunt magno gaudio, magno valde, hu-
mitemque calam subiere. Christum vero agnouisse, coluerunt.

& quæ sit, Herodis gesta docent: conuocato enim
consilio inquit, ubi Christus nasceretur? & illo respon-
dente, Bethlemam misit. De Christo igitur, humani-
que generis saluatore querunt, qui filius altissimi vo-
cabatur, qui cornu salutis erectum erat, qui omnium
erat Dominus. Eam magi Iudæis notum, a Prophetis
prædictum norant, adeo ut locum natiuitatis non i-
gnorari certo sibi persuaderent. Quin & stellam eius
esse iam Spiritu sancto doctore didicerant, hunc filium
David, filium Dei adoratum ibant; non igitur ut regē

veneraturi, sed ut mundi saluatorem adoraturi veniunt. saluatoris
Non ergo singulari tantum potentia, & dignitate re-
adorant.

gem, sed ut omnium redemptorem colebant. Fidem
igitur illis derogat, si iudicet, eos putasse, fauorem eius
ante tempus querendum, si forte contingeret eum orienta-
li imperio potiri. Miseros sane, si infantem certa in pau-
pertate, incerta regni spe colebant; reges ipsos & re-
rum Dominos negligebant: ne hoc quidem in men-
tem illis venit, ante adultam ætatem, potentiamque

regis, se decreptos futuros, aut esse delicturos: si per nos fauores
regem Iudæorum Messiam intellexerunt, vult aper-
tissimum; impia est illa, & nubunda cogitatio; si for-
te contingeret eos Orientali regno potiri; Nec enim ignora-
bant eius imperium fore ad mare vsque ad fines or-
bis terrarum: verum de adoratione satis. Quæ vero
Christo conueniat ut homini, alibi dicitur. Nunc hoc
monitum cupio. Adorasse regem, ut iam in iuuenis ho-

Christum
norem sibi delatum agnoscentem. Si enim infantem putarunt
more communi spe futuræ potentia tantummodo a-
dorasent, quam poterant olim expectare remunere-
sibi delatū
rationem ex beneficio, quod non intelligenti contu-
intelligere.

herunt. Concludo didiciſti Auguſtini. Serm. 3. de Epiph.
Quid deniq. Magi venientes dixerunt: ubi eſt qui natus eſt Re-
ludæorum? Quid eſt hoc? Nonnetum multi antea Reges erant
nati ludæorum: Quid tamotempore aliena gentis Regem noſſe.
adorare cupiemus? Vidimus enim, inquit, ſtellam eius in
Oriente & venimus adorare eam. Nunquam hoc tanta deu-
tionis requirerem, tanto pietatis affectu deſiderarem: niſi eum
agnoscere Regem ludæorum, qui Rex eſt etiam ſeculorum.

Et Sermo secundo, Manifestatum esse his, qui prope,
& ha qui longe. Manifestatus igitur nec illis doctis, nec istis in-
fide. Per sermone 8. Sed hodie de istis loquentum est, quos de re-
motis terris fides duxit ad Christum. Venerunt enim & quæsi-
runt cum dicentes: Vbi est qui natus est rex Iudaorum? Vidimus
enim stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. Annun-
tiant & interrogant, credunt & querunt, & tanquam signifi-
cantes eos qui ambulant per fidem, & desiderant speciem.
Quod si Christum putabant ignarum eius, quod age-
retur, videat Caluinus, ne forte causam suam matri co-
ius commendarint, olim memorem beneficii, & ad-
vocatam futuram.

VERSUS 4.

Et congregans omnes principes sacerdotum, & scribas populi sciscitabatur ab eis ubi Christus nasceretur.

QVÆSTIO I.

Quale Concilium Herodes conuocat?

Terretur
Herodes.

Scribe.

Levit. do-
ctiores alij

Qua in re
Doctores
similes
Pharisaeis.

5. 1. **H**erodes divina legis & promissionum omnium ex quo contempтор, nouo mago, uo aduentu, & stella miraculo terretur. Sacerdotes vt legibus gnatos, & scribas conuocauit non omnes sed principes seu primarios. Erant enim vices descriptae per familias, & suis singulis principes. Scribae olim regibus apparebant, eratque magna illorum dignitas, qualis nunc est secretariorum, syndicorum, Cancellariorum. 1. Reg. 9. 3. & 20. 25. & 4. Reg. 12. 10. & 12. 3. Fuerunt tamen alij minore dignitate: qui contradicibus, testamentis, gestis scribendis operam impendebant. Quales nunc est notariorum munus. At hoc loco scribae sunt quos *uquas* seu legisperitos appellat, populi Doctores. Quos Rabini magnam pariem & Symeonis tribu fuisse arbitratu. Sed non est dubium ex omnibus, praecipue tamen Leuitica Doctores gentis fuisse. Nam cum decimis & oblationibus uiuerent, & sacris ministerijs dicati essent, uocatio & facultas ad Dei legem considerandam impellebat. Genebrardus Phariseis Theologos comparauit, quia *penitus mysteria scripturarum scrutabantur; scribis canonicas qui leges ciuiles, & Moysaicas secundum corticem curabant.* Hic insulat Beza, & omnia scribarum & Pharisaorum uitia in Catholicos transilire a bitur, nec oium quo tam simile, quam hos illis affirmat. At Genebrardus de ordine, uocatione, officio loquitur. Ipse Beza ait scribas populi, & selectos ex illo ordine nonnullos, qui primarijs sacre dotibus adiuncti, Ecclesiasticum eorum expleant. Nonne idem Beza obijcere Genebrardus posset ipsum ex sacerdotum & scribarum eoru consiliorum Caluinianum extruere; scimus super Cathedralam Mosis illos sedisse, & nunc quoque regi scitanti Dei oracula recte respondisse, posteris illorum Christo doctore in lapidem impegnerunt, Ambicione & auaritia cecati. Quod etiam Caluinus satis intellexit: cum ait: *nunc finire respondisse po-*

fies furioſe ſcripturam corrumpere conatos. Vbi tamen quia
 grauiter aberrat ſola vnius vocule mutatione veri
 præconem facile eum effecero; nam ipſius ſynagoge
 conuenit, quod in nos amulante dicit. Ita ergo ille.
 Sic omnes in impij in generalibus principijs Deo facile ſubſorbunt. Calumniam
 ſed vbi propius eos regere incipit Deū veritas, contumacia ſua in auctori
 virus euomunt. Cuius rei hodie illaſtre cernimus exemplum in recitan.
 Papiſſe. [Vere Calumniaſte.] Chriſtum enim ſine controverſia
 facientur diuigenitum Deī Filium, carne noſtra indutum, & in
 duabus naturis vnam Deī & hominis perſonam agnoſcunt: ſed
 vbi ventum eſt ad Chriſti virtutem & officiū, mox ardet conſul-
 tiſſus: quia in ordinem ſe cogi non ſuſtinent, ac multo minus
 in nihilum redigi. In ſumma, quatenus nihil ſibi concedere puta-
 bunt impij, Deo & ſcriptura aliquod reuerentia concedent? Sed
 vbi conſerſis manibus cum ambitione, auaritia, falſo, peruerſa
 fiducia, hypocriſi & fraudibus conſiſtit Chriſtus, tunc omnis Affectus
 moſteſtie obliſit in rabiem ſeruitur. Sciamus ergo hoſtibus re-
 excitantur precipuam excacationis cauſam eſſe prauos affectus, qui hæretico-
 rum in tenebras conuertunt.

VERSUS 6.

Et tu Bethlehem terra Iuda nequaquam minima es in principibus Iuda, ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel.

QVÆSTIO I.

Quæ lectio & interpretatio huius loci?

§. 1. **M**ultorum reprehensiones Matthæus in
citate Michæ Prophetæ §. 1. contra-
rium enim in testimonio, & in eius productore vide-
tur dici. Dicit enim Propheta: *minima* est, Matthæus:
nequaquam minima, Propheta, *in millibus*, Matthæus:
in principibus. Textus Michæ ita habet, אפרתה
בית ללחם, אפרתה עשיר ללחם, יהודה
מומר לך ירא לחיות מושל בישוראל

Vetus interpretare reddidit: Et tu Bethlehem Ephra-
ta parvulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur, qui sit
dominator in Israel. Vbi duæ alia: discrepantiæ, quod
dicatur: Ephrata, & addatur, Mihi, non admodum
graves sunt, ut ostendam. Septuaginta versio variat,
ordinaria ita habet. καὶ σὺ οἶκος τῶ βηθλέεμ, τὸ
ἐφεσθαι δὲ οὐραστὸς εἶ τὸ εἶναι ἐν χιλιᾶσιν ἰσθαι, ἐκ σοῦ ἐξε-
λεύσεται τὸ εἶναι εἰς ἀρχοντά ἐν τῷ Ἰσραὴλ. Et tu domus
Bethlemi (viri nomen est) Ephratæ, [& hoc viri no-
men] parva es, ut sis in millibus Iuda, ex te exibit, ut sis in
principem in Israel. Vbi à Matthæo præter alia etiam dif-
fert, quod vocet domum Bethlechemi, & Ephratæ,
nam linguis proponit articulum τὸ, ut virorum pro-
pria nomina indicet. Chaldaus interpretes de Christo
manifeste interpretatur.

וְאֵת בֵּית לְחֶם אֶפְרַתָּה דוֹעַר הוֹרָם לְאֶמְרָתָא
מַנִּיפֵסִתָּא
בְּלֵילִית רַבּוּת תְּהִירָה מְנוֹקְרָמִי יַסֵּם מְשִׁיחָא
יִנְטֵרְפֵּת
לְמִדּוּרָא עֲבָר שְׁטֵטן עַל יִשְׂרָאֵל.
tatur.

Et tu Bethlehem Ephrata, que parua fuisti ad numeran-
dam in millibus domus Iuda, ex te coram me egredietur Mes-
sias, ut sis exercens dominum super Israel. Ita Thargum
Ionathas. Vbi clarè ait, paruam fuisse, quam nunc ma-
gnam prædicet. Deinde ducem, seu dominatorem,
vocat Messiam, qui sit dominaturus. Denique He-
braeum מִיחִי, exposuit, coram me. Syrus interpres Syrus cum
etiam Matthæo conuenit, nisi, quod pro & ponat ܡܢ Chaldaeo
etiam: pro, minima, ܡܝܢ anglosa, pro principibus, de Messia
ܡܠܟܐ in archæis, produce ܡܠܟܐ rex.
interpre-

Hæcigitur verba sic apud Matth. leguntur. ἡ συνθήκη ταύτη
 λέμεν καὶ ἰδοὺ ἐδοκίμασεν ἡ χάρις καὶ ἡ ἐν τοῖς ἡγεμόσι ἰδοὺ ἐκ σπῆδος
 ἐκε-